

ACTA GENERALIS VIII. SYNODI.

Iohann. 17. d

noſter inquit: Cum venerit paracletus, quē ego mittā vobis a patre, ſp̄m veritatis, qui a patre procedit: vbi verbū mittam, quid aliud, obſecro, ſignificat, q̄ quod ex aliquo mittitur? qui vero quippiam mittit, is ſuū mittere videtur, & id quod mittitur, ex ipſo dicitur eſſe, vt ſi p̄fectus provinciae quicq̄ fecerit, is non ex ſe, verū Imperatoris iuſſu id feciſſe videtur. Ita etiā filius, qui cū in generatione, a conſubſtantiali patre, ſp̄m ſanctū accepīſſet, eundē & paternā facultatē, ac naturā habens, eundē ſp̄m mittere creditur, nō tamē vt pater p̄cipue, quādoquidē pater ipſe radix & ſons diuinitatis exiſtit, qui cū ſumma ſubſtantia nedū indiuiſibilis ſit, a ſubſtantia & hypotaſi indiſtincte percipitur, propterea, quia non re, ſed ſola ratione paternā hypotaſis a ſubſtantia ſua ſeiuugitur, pater igitur ſubſtantialis hypotaſis eſt, filiūq̄ ſubſtantialiter generat, & ipſe ſubſtantialis hypotaſis generatur, ita tamē vt duæ hypotaſes vnus deus ac vnica ſit natura, cū qua ſanctus ſp̄s ſimul & indiſtincte cōnoſcitur. Qui cū neq̄ pater, neq̄ filius, neq̄ relatiuum aliquid ſit, tamen vt ſp̄s, ad ſpirantē refertur. Porro qm̄ apud ſacrā ſcripturā ſp̄s patris ac filij eſt, ſequitur, vt ambo ſimul ſp̄itū ſp̄rent. Præterea filius ſecundū diuinitatem ad patrē reſpiciens, dixit, Ego & pater vnū ſumus, & ego in patre, & pater in me eſt, & qui vidit me, vidit & patrē meū. Duabus igitur perſonis vnica poteſtas ſpirans & mittens exiſtit, quę quāuis vnica miſſio & cauſa ſit, a patre tamen (vt dictū eſt ſupra) p̄cipue creditur eſſe, a quo filius eandē ipſam facultatē habens, vna cū patre principiū vnicū eſt, non tamen perſonarū cōfuſione. Pater em̄ pater ac ingenuitus eſt, filius verō ſi lius atq̄ genitus, ita vt inter eos, ſecundum cauſam & cauſatū ordo quidā exiſtat: ſanctus autē ſp̄s ad patrē filiumq̄ diſponitur, ne quædā indiſpoſitio vel confuſio in diuiniſ perſonis exiſtat. Siquidē igitur, cū pater filium generet, cū ipſo ſubſtantia ſuā cōmunicat, quatenus ei cōmunicabilis ſit, & filius ſic acceptā, ſp̄itū ſanctū cōmunicat, quatenus ipſi quoq̄ cōmunicari poſſit, vnica ſemper ipſa ſubſtātia exiſtēte, qua quidem ille generatur, hic verō procedat, ſequitur, patrē vnicū principiū & cauſam eſſe, ſanctūm q̄ ſp̄m ex vtroq̄ procedere. Præterea dictū a ſanctis patribus eſt, ſanctū ſp̄m per filiū natura procedere, vnde ſequitur, ſp̄m ipſum ex patre filioq̄ procedere, qñ quidē, per p̄poſitio vt, ex p̄poſitio hac in re ſignificare videtur, vt Leonis, Gregorij papæ, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, ac aliorū multorū doctōrū authoritatibus clariffime patet. Quas cū Iohannes in mediū protuliffet, & perlegiffet, ſeſſio fuit dimiſſa decreto ipſius ſynodī, vt ad diem Martis proximi conueniret.

Iohann. 10. f
Iohā. 14. b

Iohas.

Die Martis. xxiiij. menſis Martij, ſeſſio vltima Florentiæ.

Nescio equidē, P. amp. cur pater Ephesus in ſeſſione venire noluerit, quem profecto vellē adeſſe, vt noſtrā ad argumenta ſua reſponſionē audiret. Porro qm̄ abeſt, vos obſecro, me, dū Orientaliū ſanctōrū ſententiās aſſero, attentē (vt huc vſq̄ feciſtis) audiatis. Magnus ille Baſilius (inquit) quemadmodū ſilius ordine quidē a patre ſecundus eſt, pater em̄ in baptiſmatis traditione primus diſponitur, dicente dño: Baptizantes in nomine patris, & filij, & ſp̄itus ſancti, necnon ſilius dignitate ſecundus eſt, vt pote, qui ſit ex patre, nō autē pater ex filio, licet in natura æquales eſſe credātur, ego em̄ & pater (inquit dñs) vnū ſumus, ita quoq̄ ſp̄s ſanctus ordine quidē ſecundus a filio, in eadē baptiſmatis traditione diſponitur: item etiā dignitate, nā ſp̄s filij dicitur, quandoquidē a filio mittitur. Scriptū eſt em̄: Miſit deus ſp̄m ſilij ſui in corda noſtra. Non autē filius ſancti ſp̄s dicitur, natura vero patri & filio equalis exiſtit. Quorū em̄ vna eſt operatio, ipſorū etiā vna eſt natura. Hęc Baſilius. Sed magnus etiā Epiphanius in mediū venit. Siquidē (inquit) creditur Chriſtus ex deo eſſe, vt deus deo, ſic etiā ſanctus ſp̄s ex ambobus eſſe* credendū eſt. Quemadmodū em̄ nemo nō vit patrē niſi filius, ita dicere audeo, nemo filiū niſi ſp̄s, qui ex ambobus procedit. Magnus autē Cyrillus inquit, ſp̄s ex filio ita profluit, quemadmodū etiā ex patre. Didymus vero ſapientiffimus, & magnus Athanaſius ita dicunt, Siquidē ſp̄s ex patre procedit, & de meo accipiet, & annūtiabit vobis, ſequitur, vt ex patre filioq̄ ſit. Haſ & plures alias ſanctōrū ſententiās Iohānes in mediū protulit, p̄ſertim binas Cyrilli literas, quarum alteræ incipiunt, Gaudeant cœli, alteræ vero, Dño ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto, necnon quaſdam Nicenæ ſynodi authoritates clariffime demonſtrantes ſanctum ſp̄m ex filioq̄ procedere. Rhutenus autem præful pro Græcis dixit ita.

Matth. vii. d

Iohann. 10. f

Galat. 4. a.

als. credendus

Rhu.

Qui ſolus vel in ſtadio currit, vel aliud ſubit certamen, victor dubio procul euadit, nō aliter.